

NB. 1. Petr. 4. 7. *Omnium finis appropinquavit: Estote itaq; temperantes, & sobrii adorationes.*

*Quæ verò testimonia, aut signa illa sunt, quæ mundi finem in propinquo esse præfigiunt?*

I. *Daniel cap. 2. Oblata m visionem Regis, de quatuor Monarchiis interpretatur: quadrum postrema & ultima est Romana: post quam nulla alia in hoc mundo est exspectanda.*

II. *Christus & Apostoli, multa & varia signa annotarunt, quæ mundi finem sint præcessura: quorum tamen aliqua etiam Hierosolymitano excidio congruebant. In illo vero signorum inde præcipua sunt:*

*Pseudoprophetæ, & variæ religionū schismata. Bella & rumores bellorum.*

*Seditiones item & mutationes Regnum.*

*Pestis: Fames: Persequitiones piorum.*

*Hominum inobedientia, perfidia, crudelitas, ebrietas, luxuries, avaritia, securitas, epicureismus, desperatio.*

*Signa in cœlo & mari & terrâ plurima.*

*De hisce & aliis, Matth. 24. Marc. 13. Luc. 21. 2. Tim. 3. 1. 2. Petr. 3. 3.*

*Hisce omnibus addit Paulus revelationem Antichristi, 2. Thess. 2. 3. Illum esse Pontificem Romanum, suprà in loco de Ecclesia, ex eodem paulino loco probatum est: Is cum hodiè revelatus sit, & imperfectus Spiritu oris Domini: nihil aliud restat, quam ut illustratione adventus Dominici penitus destruatur.*

*Quomodo Mundus interibit?*

Per